

# ARNOLDI

FERRONI BURDIGALENSIS, REGII CONSILIARII,

IN  
CONSVETVDINES  
BURDIGALENSIVM  
LIBRI II.



*Ita secunda hac editione aucti & locupletati*

*ut nunc primum editi uideantur.*

*Petr. M. & Perzali*

*A. V. de J. Th. Paer.*

*Eq. Hipp. b.*

VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

*Borgi. V. D.*

D  
4  
232

LVGDVNI APVD SEB.  
GRYPHIVM,

1540.



*Angeli Th. Seno. Francij.*

SEBASTIANVS GRYPHVS  
ARNOLDO FERRONO  
S. P. D.



*AVDE* O significasse me tibi  
per literas, Arnolde Ferrone, lon-  
gius mihi fieri nihil quàm dum Burde-  
galenses tuæ consuetudines labore tuo  
castigatiores in hominum manus uenirent, & nostra  
quoque diligentia corrigeretur, quidquid editione prio-  
re negligentia peccatum fuit. In eam enim rem tan-  
to te uideo incubuisse studio, ut cum multa detraxeris,  
addideris plurima, omnia commutaris, non opus iam  
recudi uetus, sed nouum prodire uideatur, & nos  
qui uetera probabamus, noua miremur. Perge Ferros-  
ni: quantam & Iurisprudentiæ laudem & eloquen-  
tiæ consequeris, operæ tantum in his artibus pone: id  
homines sibi de tuo ingenio pollicentur, breui  
futurum, ut & eloquentium iuris-  
peritissimus, & iurisperito-  
rum eloquentissimus  
habearis.

Vale.

*Handwritten signature or note at the bottom of the page.*

# CLAVDIVS DIGNVS

I V R E C O N S V L T V S , C L E =  
M E N T I L A S S O  
S V O , S . D .



*E*CESSERAM Lugdu-  
num, cum apud Typographos diuer-  
tenti offeruntur ARNOLDI FER-  
RONI, Senatoris prudentissimi, atq;  
eruditissimi, Commētarij in Consuetudines Burdiga-  
lensium. Euoluo pagellas aliquot, Præfationes diser-  
tissime scriptas lego. Quid quæris? nihil suauius, ni-  
hil tersius, nihil doctius in hoc scribendi genere hacten-  
us emissum est. Itaque cum librum nondum excusum  
uiderem, impetraui à Gryphio, ne me eius desiderio  
diutius torqueret. Accelerauit ille editionem: Ego  
cum Indice librum carere uiderem, facturum me ope-  
ræpretium putauit, si Indicem breuem ijs Commentas-  
rijs subnecterem: quod cum paucis diebus cons-  
fectum esset, & librum, & Indicem ad  
te mittendum existimaui: Tu  
scito operam te in eius  
lectione probè  
collocas-  
turum. Vale, & nos ama. Lugduni  
Kalendis Octob. Anno  
M. D. XL.